



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXV. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Krevese ein Rittergut im Dorfe Gladegow, die Gerichte im Dorfe Hesewik, Hebungen daselbst und das Patronat-Recht im Dorfe Rademyn, am 16. Januar 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

CCC°. XLIII°. feria II. post Letare. Pro ista commissione dedit domino idem de hoenhus XX marcas.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CXXXV.

XXIV. Zeugniß des Richters und der Schöppen zu Osterburg über das Vermögen des unmündigen Dieterich von Krusemark, vom 13. Januar 1345.

Nos Judex et Schabini in Osterborch in presentibus recognoscimus et protestamur, quod Thiderico, filio Thiderici dicti de Krusemarek et ejus veris heredibus tres Marcas cum III lotis promissimus conseruare: pro ista pecunia nobis cautio sufficiens cum hereditatibus jacentibus est facta. Et dum ipse Thidericus predictus ad annos discretionis peruenerit, tunc predicta pecunia debet ipsi in Stendal coram iudice et Scabinis presentari, cum qua tunc temporis ad tutorem ad quem voluerit se dinertere potest. Et qui predictam pecuniam sub se habuerit, debet de ea in Stendal tempore suo dare exactionem, et si predictus puer Thidericus moreretur, tunc etiam pecunia predicta debet in Stendal coram iudice et scabinis presentari et diuidi juxta jus hereditarium ciuitatis Stendal. In premissorum testimonium sigillum ciuitatis Osterborch presentibus est appensum in anno domini M°. CCC°. XLV°. octaua die festi Epyphanie domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. XLII.

XXV. Markgraf Ludwig verzeignet dem Kloster Kreuze ein Rittergut im Dorfe Gladegow, die Gerichte im Dorfe Hefewitz, Hebungen daselbst und das Patronat-Recht im Dorfe Rademyn, am 16. Januar 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Ob salutem et perhennem memoriam magnificorum principum marchionum brandenburgensium bone recordationis, predecessorum nostrorum animarum, nostre, heredum et successorum nostrorum, appropriauimus Religiosis et deo dicatis personis abbatisse, priorisse totique conuentui sanctimonialium claustrum Creuefe, deuotis nobis dilectis, ordinis benedicti, verdensis dyocesis et etiam vt egestas et penuria earum, quibus ipsas perplexas fore nouimus, et ut cultus diuinus augeatur, quodammodo reueletur (sic), ex mera mentis nostre liberalitate appropriareque decreuimus: In villa Gladegow sex frusta cum omni iure, cum sex mansis et curiam in eadem villa sitam, cum agris aliis curie de iure pertinentibus, de qua olim seruitium dextrarii processit, seruitio eodem nunc deposito et incluso, cum supremo et infimo iudicio et iure patronatus ville eiusdem, sub modis, commodis, graciis et honoribus, quibus henricus et arnoldus, fratres

dicti de Gladegow, a magnifico principe duce Ottone brunfwicensi bone recordationis tenerunt et possederunt, appropriamus pretactis sanctimonialibus iudicium supremum et infimum ville hefewick cum III fructis annuorum reddituum In censu et precaria unum talentum ville eiusdem et jus patronatus ville Rademyn eo iure, quo a predicto duce brunfwicensi tenerunt et possederunt hactenus et ab eodem sua pecunia comparauerant eidem clauistro prenotato cum singulis suis pertinentiis ex debito vel ex iure pertinentibus, nostris iuribus in premissis nobis competentibus omnimode exclusis, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice pertinenda. Renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni ac inpetitioni et singulariter dextrarii seruitio, que nobis in quibuslibet superius expressis, hiis modis ut premititur, competebant vel competere possent aliquo modo in futurum. Pro quorum appropriatione et reddituum pretactorum renuntiatione nobis honorabilis vir eiusdem clauistri prepositus in L marcis argenti brandenburgensis integraliter satisfecit. In cuius etc. testes, Datum ut supra (Buch, Swyker, Aluesleuen, Ger. Wolf cum ceteris) — Stendal, anno M. CCC. XLV. dominica post octauas Epiphanie.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CLXXVII.

XXVI. Markgraf Ludwig veraignet dem Rath der Stadt Osterburg die Stelle des Dorfes Tyhorn mit den Gerichten und sonstigen Zugehörungen, am 21. Mai 1345.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Donauimus et appropriauimus prudentibus viris Consulibus ciuitatis Osterburg presentibus et futuris fidelibus nostris dilectis et incorporare decreuimus locum ville Tyhorn cum supremo et infimo iudicio nec non cum pratis, pascuis, lignis, agris cultis et incultis et cum distinctionibus, ac cum singulis et uniuersis pertinentiis eidem loco vel ville de iure vel ex debito pertinentibus cum omni fructu perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet pacifice possidendum. In cuius etc. Testes — Nobilis vir Johannes de Buch, Albertus de Wolfstain, Swiker de Gundeluingen, Johannes de haufen, Hele marschalcus, Almannus de Degenburch, Bartolt de Ebenhaufen, magister coquine, et Gerko Wolf cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandow, anno M. CCC. XLV, feria II post diem Palmarum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CLXXX. und einer alten Copie des Geh. Staats-Archives R. XXI. No. 211.